



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 58. Jacobi Angliæ Regis asperitas in Catholicos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Sæc. XVII. nino impunitum videretur, Georgius  
A.C. 1603. Brochius & Ordinis Ecclesiastici du  
Viri patibulo affixi, semineces (suppli  
cio perduellionis reorum in Anglia suet  
laniebantur. Trahebatur insuper in  
criminis suspicionem Carolus Ligneus  
Arembergi Comes Alberti Archiducis  
Orator: quinimo Hæretici hujus co  
spirationis omnem originem in Ortho  
doxos Anglos sparsis in vulgus atroc  
bus calumniis detorquere nitebantur  
attamen Jacobus Rex omnis culpe sus  
pcionem ab eis edito publico satis  
perque depulit, simulque palam decla  
ravit, quod Arembergius tam nefar  
um consilium sibi a conjuratis man  
festatum detectatus fuerit, prout in  
ipsum etiam Cobanus veritatis ponder  
pressus palam testatus est, simulque  
Cecilius hanc calumniam in Coban  
sententia revocare cogebatur, eoquin  
Orator apud Regem graviter queritur  
hunc Judicem severe castigari petiuerat.

## §. LVIII.

*Jacobi Angliæ Regis asperitas in  
Catholicos.*

*Mem. secret.* Sub idem tempus Catholicæ in novan  
part. 3. spem ergebantur, fore, ut Jacobus  
pag. 226. Rapin Thoiburgus Rex eis saltem Religionis suæ usum  
ras hifst. toleraturus esset; Henricus enim Francia  
d' Angl. l. 18. Rex

Rex ipsum per Bellomontium suum in Sæc. XVII.  
 Anglia Oratorem sollicitari jussit, ut A.C. 1603.  
 pro solii sui firmitate, ac conscientiæ  
 quiete denuo in Ecclesiæ sinum redire,  
 atque erga Catholicos sese moderatum  
 & æquum exhibere velit: ad hæc Ja-  
 cobus reposuit, quod nec hæreticus,  
 neque schismaticus esset, ipsamque  
 Hierarchiam in Ecclesia esse necessa-  
 riam crederet, quinimo ipsum quoque  
 Papam velut Conciliorum moderato-  
 rem, non tamen Superiorem agnosce-  
 ret, ex ritibus vero Romanis quosdam  
 aut Sacerdotum avaritia, aut indiscreto  
 populi Zelo introductos aboleri, reli-  
 quos autem retineri optaret, de cetero  
 autem circa dogma, cuiusdam Concilii  
 æcumenici judicio stare paratus esset.  
 Pariter ipsamet Regina Anna, quantum-  
 vis Lutheri sectæ addicta esset, die ta-  
 men vigesima octava Augusti inter ce-  
 tera præfato Oratori mentem suam his  
 verbis declarabat: „Nunquam Rex  
 „Maritus meus Regnum suum quiete  
 „possidebit, nisi ad Catholicorum par-  
 „tes accesserit, his egomet clam faveo,  
 „ac interius cum ipsis fidei societate  
 „juncta sum: sæpiissime etiam Regem  
 „ad ejurandam hæresin impellere co-  
 „nabar, semper tamen surdas aures  
 „pulsabam; secta enim sua æque ac  
 „scientia ipsum in errore pertinacem

Aa 3 „tenet,

Sæc. XVII. „tenet, hinc de ipsius conversione de  
 A. C. 1603. „spero, nunquam tamen ad tam plu-  
 „opus cooperari desistam. „ Placuit  
 summopere Oratori Gallo utriusque  
 Principis declaratio, qua cognita Ce-  
 tholici in Anglia nonnihil respirare ve-  
 debantur: attamen speciosis hisce ve-  
 bis operis constantia defuit; cum enim  
 Catholicæ Hiberniæ Proceres quosdam  
 ac præcipue Tyrennum Comitem  
 Jacobum ablegarent, porrectoque  
 bello supplici præ ceteris liberum Ce-  
 tholicæ Religionis profitendæ usumpe-  
 terent, Jacobus exinde tam impoten-  
 furore exarserat, ut nulla mora que-  
 tuor præcipuos ex hisce Delegatis Lo-  
 dinensi Turri includi præciperet, pe-  
 lam professus, quod fidei Orthodoxæ  
 libertatem nunquam concessurus esset  
 & si in Regno suo nonnisi centum mil-  
 additos numeraret, cum his se se u-  
 que ad sanguinem opponere vellet cui-  
 ctis, qui ipsum vi ad id adigere nit-  
 rentur. Hac declaratione sat luculen-  
 ter testabatur, quod juratum in Ce-  
 tholicos odium in corde suo soveret  
 nonnihil minus tamen summum Pontificem  
 vana conversionis spe lactabat, veritus  
 ne omnium Catholicorum Principum  
 indignationem in se concitaret.

§. LIX